



F

Ranciscus ex nobili familia Sickingorum ad Rhenum natus: Martij 1481, atq; postea in omni genere uirtutum & literarum educatus est. nam is a pueris operam literis dedit, & in ijs mediocriter profecit, ita ut ab eo tempore subinde doctorū uirorum patronus extiterit. Postea Cæsar is Maximiliani castra hinc inde securus, magnam rei militaris scientiā natus est. Itaq; cum ciues quidā Vuor matiani sua urbe pellerentur, pro ijs intercessit, atque anno 1515 eam urbem obsedit. Cum hoc modo per tres annos armis & legibus disceptassent, tandem 1518 Maximiliani Cæsar is opera pax fuit subsecuta. Interea Lutheri doctrina passim publicata, eam Franciscus cum sacris literis cōtulit & tandem approbavit. Itaq; doctissimos viros, qui Lutheranismi nomine suspecti nusquam tuti essent, ad se in arcem suam recepit, atq; contra aduersarios defendit. Inter eos erant Oecolam padius & Bucerus. Postea quoq; 1522 Richardo Treuerensi Archiepiscopo (quod is duos quosdam suæ ditionis homines, pro quibus fidei usserat, nō susteret iudicio) bellum mouit, & in summum discrimen sociorum ope adegit. Cum autem Richardus Ludouici Palatini & finitimorum principum opem implorasset, atq; illi exercitum conscripsissent, Franciscus obsessus, & fortuitò tormento in arce ictus, multorum luctu occubuit, & honorifice sepultus fuit.

Anonimus.